

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. II. De verbis ejusdem explicatius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

flagellis cæsum, lantibus coronatum, cruci suffixum, mortientem, mortuum, lanceæ confossum, vulneribus plenum, sepulchro inferendum, suis ipsa oculis spectatæ vir, auditæque suis ipsa auribus è cruce has voces: *Ecce Filius tuus. Ecce Mater tua. Verbum bonum & suave, ait Bernardus, verbum mirabile, magnum continens pia charitatis effectum. Vates Hebreus, Admiramini, ait, & obstupefcere: Dom. 1.10. quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo crederet cum inuis, mali, pugn. 1.15. narrabitus. Filius Dei in cruce mortuus, priusquam se morti permitteret, testamentum condidit, quo discipulorum charissimo, quem velut à secretis habuit, tale quid legavit, ut dici possit, Admiramini & obstupefcere. Nec Matris oblitus alium ei Filium amantissime substituit. Sed heu prior minimè patrem! Ita crucifixi discipulus factus est Virginis filius, Admiramini & obstupefcere. Nos, prout dicere instituimus, de his Domini Jesu vocibus, *Ecce filius tuus, Ecce Mater tua*, differemus.*

S. I. Expenduntur verba Domini: Ecce filius tuus.

Grandevus Simeon in templo vaticinatus, Tuam, inquit, ipsius animam pertransibit gladius. Ut Christus suis hostibus suas vestes, unâque facinoris parrati veniam, latroni paradise, ita discipulo Matrem, Matris discipulum liberalissime donavit. Hic maximè severocepit ille Simeonis gladius. Cum Hieremiam vate dici potuit, *Ecce pervenit gladius usque ad animam*. Deuteronomium imperabat: *Si ambulans per viam, in arbo vel terrâ nudus avis invenerit, & matrem pulvis vel ovis desuper incubante, non tenebis eam cum filio*, sed abire patieris. Christus occisus, Apostoli fugati, illæsa Mater à furore Judæorum, cui tamen rhomphæ doloris non peperit. Draconis viri Atheniensis leges non arramento, sed sanguine scriptas dicere solebat Demades. Christi Dominii testamentum verè sanguine scriptum, non ob severitatem, sed ob nimiam liberalitatem, quâ suum nobis sanguinem, suâque omnia in donatum reliquit. Cum vides ergo *Iesu* Matrem & discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri sua: *Mulier, ecce Filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua*. Et ex illâ horâ accepte eam discipulus in sua. Cor Matris hæc videntes & audientes fuit ut valeculam, aceri, myrram, fellis plenum. Crucifigentes milites, Pharisei, Pontifices, ecclesiæque hoites felerant. Apostoli, alitique collacrymantes velut acetum erant. Christus vulneratus, moribundus, myrra. Dicunt, quod generofus vintum, hoc melius acetum: quod flagrantior amor, hoc copiosior est miseror. Rerum creatarum nulla hunc Dominum sic amavit, sicut Virgo Mater, quæ illum & creatorum & filium agnoscit. Modus amoris, mensura doloris.

Ecce filius tuus (de scipo Christus Matris) *Ecce ille ipse Filius tuus quem in præcipi reclinasti, quem ubere virginæ lactasti, quem brachia letissimæ gestasti*, cuius te asperga toties exhilarasti, en inter brachia crucis, & bestias agri, inter geminos latrones moritur. Etiamnum nolti filium tuum? Credibile ad illas filii voces suscepisti Matrem lacrymis infusam. Dixerat Christus in nuptiis Canæ: *Nondum venit hora mea. Jam revereà venit, hæc ipsa est hora*.

In Comœdia Camitorum maxime *Vna est columba mea, perfecta mea. Hanc Christi laudata: Vna est columba mea, perfecta mea*. Hanc Christi caput receperisset, sed illud spinis plenum horrobat; receperisset oculi, sed lacrymas & sanguine pleni natabant, paulo post morte claudendi; receperisset manus, sed cruci erant affixa; receperisset humeri, sed hiabant flagris aperti; receperisset pedes, sed erat perfodiendum lanceâ.

Ecce igitur, ô Mater, num filius tuus sit iste, qui Ju-dæam & Galilæam concionabundus obiit, qui omnis generis morbos sanavit, mortuos ad vitam revocavit, heri venditus, accusatus, capitum damnatus, verberibus

A ad columnam castigatus, dumeto coronatus, in crucem sublatuſ? Num filium, qui latronem agit, educasti? Il-lum igitur penitissime intuemur; Pilatus negat esse hominem, Isaia vocat profumum, David vermen, tota plebs maleficium & seductorem. Num iste insons est *Abel*, cuius sanguis in calum clamat? Si hominem hunc probè inspiciamus, meus sanguis, vulnus meritisimum est. Hic ipse jam bis clamavit, prius ad Parrem: *Dimitte*; *Luc cap. 1.3.* Deinde ad supplici socium, *Hodie mecum eris. Jam etiam acclamat Matrem, Ecce Filius tuus*.

Clara vallenensis apis Bernardus hos Matris Virginis dolores considerans, *Annon, inquit, tibi plus quam gla-* Bern. ferm. dius fuit sermo ille reverâ pertransiens animam, & pertingens in verba usque ad divisionem animæ & spiritus: *Mulier, ecce Filius tuus? O commutationem!* *Ioannes tibi pro Jesu traditur, Signum servus pro Domino, discipulus pro Magistro, filius Zebedai pro filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quomodo non tuam affinis fine, mihi sanguinam animam pertransire hac auditio, quando & non* *ip. 3.4.*

B *fra licet sexæ, licet ferrea pectora sola recordatio scindit?* *Quomodo autem, inquit, intelligenda haec Christi morientis verba? Neminem non habavit, manu aut digito loquente significare nil potuit. Imò vero potuit & oculis, & clementi capitis nutu, ante ortum tenebrarum loqui. Sed ista non fuerint; amor intelligentissimus est, unicuius et verbum, nutus unicuius sat est. Vis solis in abditissima montium spelea penetrat, & illuc aurum coquit, ita & amor animos subit, & paucis multa loquitur. Diutum sapienti & amanti sat est. Qui Christum diligit, facilè novit, quid velit.*

Jus priscum Romanis erat, quo Imperator viduæ, que unicuius bello filium amisisset, concessit adoptare alium, novo folatio. Rex cæli Christus, unusus sue Matris filius, cruentus in bello occumbens, hanc Marti gratiam concedens filii alterius adoptandi, *Ecce, inquit, filius tuus*.

C Ambrosius ē communis opinione narrat, quâ ratione phoenix in odorato rogo vitam finiat, & nihilominus in successore vivat, qui ē busto illo & cineribus emergit. Christus in arâ crucis veluti combustus, reliquit tamen successorem, qui suæ se filium Marti præstatet. Quod Siracides adumbrans, *Mortuus est pater eius, inquir, & quasi non est mortuus. Similem enim reliquit sibi post se: reliquit enim defensorem domis contra inimicos. Quantum homo simili Deo, tantum Joannes similis Christo, dominus defensor fidelissimus. Hinc additum illud: Et ex Ioh. 1.19.* *vers. 27.* *Suum, alii libri: sed minus hoc*

S. II. De verbis eisdem explicatiis.

Ecce igitur, ô Mater, filius novus, qui heri noctu de receptum vero filio tuo plurimus, sed pleraque mestissima mantiavi. Quid is in supremâ cenâ dixerit, quomodo ad oliveti colles orârit, & sanguine sudârit, ibidem ab hostibus captus, vincitus, ad judices pertractus fuerit: hodie non filii nuntius, sed ipse filius est. Et quia æternus Pater debeat, ut filius tuus crucifigeretur, en. Joan. non sat crucifixum.

D *Matronam memorant honestam luctu gravissimo affectam* è duabus maximè caussis. Maritus curru excederat, & fractis costis acerbo fato vitam finierat: paulo antea filius aquis submersus interiebat. His morteibus ferendis impar erat femina, nec ulla videbantur his lacrymis sufficiunt solatia. At ubi spectaculum primi omnino funeris, mors Abelis à fratre occisi proponeretur, unâque altius imprimetur, quânam eam omnium primam mortem Adamus & Eva acerbè tulerint; hic mulier aliquantum ad se reddit, & consolationis aliquid admisit. Sed longè amplior est solatio, hoc Golgothæum spectaculum mentis oculis adhibere. Stabat Maria, misericordia Mater, & spectabat suum unigenitum innocentissimum, flagris & spinis laceratum, vulneribus plenum, à suómet populo repudiatum, linguis & clavis

• & clavis crucifixum mori, imo & mortuum, in gremio suo positum spectabat. Hinc haurire licet, quantum fatus est solitorum. Saxum est, quem haec spectacula non afficiunt.

Ecce filius tuus. Has voces ipsam audivit, utrumque Bernard. de filium ipsam aspexit. Bernardus censet aut nimis lacrymarum fluxi non potuisse oculos in vicina defigere, aut eos certe ab hoc spectaculo intusq[ue] deflexisse.

Moriebatur vivens, inquit, vivendo serens dolorem morte crudeliorum. Verè juxta crucem stabar, quia crucem filii precesteri majorie crucis cerebat. Et credibile prorsus est, cum amor si oculatissimus, ab hac Matre cruci adstante, omnem filii motum nutumque vigilansissimum obseruat. Beata Birgitta Matrem hanc ita de filio loquenter facit: Nec ipse me adstantem cruci videre potuit, nisi sanguine per compressionem cilorum expresso.

Vidit igitur Mater et audivit illa omnia. O quanto minor Deus in amicos suos exitit! Abrahamus Saræ coniugi nequitiam dixit Iacobum filium à se maestandum.

Agar Abrahams ancilla filium suum extremè sicutem arbori acclinans, & abiens, Non videbo, inquit, morientem puerum. Mater Moylis maluit videre filium fluminis quam sanguini innatentem. Pharaon durior omni morte, viso tamen primogenito mortuo, ut cera ceperit mollescere: vocatis, Moys & Aaron. Ite, inquit, immolate Domino, sicut dicitis. Heli sacerdos allato nuntio de filiis duabus interfectis cecidit de sella retrorsum, & fratris cervicibus mortuus est. David Absalone filio degener confusus, inconsolabilis planctu exstans, Fili mi Absalon, clamabat, Absalon fili mi, quis mibi tribuat, ut ego moriar pro te? Ita Domini Mater longè potioriure, Fili mi Jesu, dixerit, Jesu fili mi, quis mihi det, ut ego tecum & propter te moriar, fili mi Jesu dulcissime?

S. III. Cur Mater Domini huic spectaculo interfuerit.

Miratur Apostolos Bernardus in Thaboris monasterio eductos sine Matre; miratur Matrem in Golgothaeum clivum assumptam sine Apostolis, quorum unicus adfuit. O Bernarde, non est quod adeò mirum: cacumen Thabor gaudis & solariis, Calvariae collis luctu & doloribus inundabat: in Thabore multum, Creticum, Falernum bibebatur; in Calvaria acetum felle mistum ingerebatur, amarissimum dolorum calix erat exhaustendum. Hic illud prisca legis erat, Aut ab aliis, hoc est, infanda patere. Atqui Mater Christi patiendo longè fuit robustior Apostolis, & filiis suis erat robusior, quam cum primis voluit, ut Mater ē suo calice biberet prima, & plus alius omnibus, quod pridie mortis à Patre periret: Transeat à me calix iste. Rogabat Christus, Hilario interprete, non tam ut à se penitus recederet hic calix, quam ut ad alios quoque suorum amicorum perveniret, velut circularis haustus & poculum salutis, ut quomodo à se, sic & ab illis sine spei diffidentia, sine mortis fugâ, sine omni impatiencia liberebatur. Revera Mater cum filio bibit, nam à filio ad Matrem transit, à Matre ad filium adoptatum Joannem. Sed etiamnum hic calix inter nos circulat: eibendum est, velis nolis, eibendum est. Nemo tergiversetur, cum eum bibendi ordo provocat. Est calix Domini, vinum Dominicum, calix transiens, idque duplice nomine; nam nullum praeterit, nullum ab amato potu hoc immunem esse finit, omnibus sese ingreditur, etiam nolentibus & invitatis: sed tamen hoc quoque nomine calix transiens est, quia non aeternos spumat amatores; modicum, breve, momentum est, quidquid hic patimur. Bibamus poculum salutis: qui Dominicae cruci stant propiores, qui Christo magis cognati, qui ei chariores, plerumque saepius & plus bibunt. Nullus horreat tanis absynthium. Christus præbit, Christi Mater, discipuli, amici omnes eamdem hanc potionem biberunt largissime; om-

B. Maria adfuit in morte Calvariae non autē Apostoli, quia tamen patiendo. Matt. c. 26. Hilarius canon. 31. in Maitheum.

Calix Domini dicitur transiens, quia breve est quidquid hic patimur. Bibamus poculum salutis: qui Dominicae cruci stant propiores, qui Christo magis cognati, qui ei chariores, plerumque saepius & plus bibunt. Nullus horreat tanis absynthium. Christus præbit, Christi Mater, discipuli, amici omnes eamdem hanc potionem biberunt largissime; om-

A nes Sancti quanta passi? Et nos quid oblectamur fratribus? si volentes bibimus, placemus Domino, gratiam Dominicam emeremur, spes certa nectaris in celo bibendi. Eia fortiter & agamus & patiamur.

Rex noster exactissimè vider, quid quisque suo nomine toleret. Cum vidisset Jesus Matrem & discipulum Iacobum stantem. Vedit proximos, vidit non ad latum sed ante faciem, & aduersum cruci se collocabat velut depictura filium. Hinc vidit audiisque omnia, hinc gladius tam alè peccati subiit. O Simon, non unus hic gladius; multi sum, qui virginem peccatum hauriant: clavi, spinæ, aceti sponsa, stillantia recens vulnera, vociferationes militum, irrisiones hostium, filii verba, meri gladii, acutissima spicula. Hæc filia Hebrei populi, quod Hieremias dixit, accincta cilicio, conspersa cinere, luctum unigeniti fecit filii planctum amarum.

Hic mihi faciendum, quod Timanthes nobilis pector excoxit arti juvandæ. Iphigeniam pinxerat ad aras stantem vivam victimam, & cognatos omnes quām potuit mæstissimos penicillo expresserat. Cum omnem tristitia imaginem consumpsisset, patris Agamemnonis vultum velavit, quem dignè non poterat ostendere. Sint forsan colores, quibus Apostolorum, Magdalena, Petri, Joannis, lugentium Matronarum lacrymas exprimamus, non sunt certè quibus ægrimoniam Matris ostendamus. Verba dolor superat.

S. IV. Expenduntur verba Domini: Ecce Mater tua.

Valerius narrat, Pindaro poëta facundissimo quendam discipulorum fuisse charissimum. In hujus gremium Magister capite reposito in ipso Gymnasio quieti se dedit, & obiit. Nec prius decepsisse cognitus est, quām Gymnasiarcha locum eum clausurus, nec quidquam jam mortuum excitare conatur. Christus Patientia ac Humilitatis Magister, cùm ambas virtutes illas è cathedra crucis doceret in schola publica, auditorum multa millia numeravit, sed inter discipulos chariorem habuit neminem Joanne. Apud hunc quietis aliquid querens, Ecce, ait, Mater tua. Ego post pauculas horas sepulchro condar, interim meam Matrem tibi commendabo: Ecce Mater tua. His dictis omnes sunt tenebrae, quibus ad tristiorum durantibus, ut supra demonstratum est, Christus velut mortuus continuat, ut silentum hoc impenderet orationi. Cedenibus tenebris rursum loqui & sitim fateri voluit.

Jacob in Ægypto moriturus praesenti ad fatalem letulum Josepho, En ego morior, inquit, do tibi partem unam extra fratres tuos. Christus in cruentâ trabe oculos solum & linguam habuit non ligatam; illos & istam matrem ac discipulo impendens, En, inquit, do tibi partem unam extra ceteros Apostolos, partem opimum, quā mihi nil unquam fui charius.

M. Popilius vir Senatorii ordinis Appium Gallum ab ineunte ætate sibi familiarissimum, jam proprie mortuus pro virtute jure amicitia, & vultu benigno respexit, & verbis magnum præfere amorem ferentibus persecutus est; unum etiam de multis, qui assidébat, ultimo complexu & osculo dignum judicavit, insuper & anulos quoque suos ei tradidit, ne quid ex ea hereditate amitteret. Quos Appius vir diligens in locellum reposuit diligentissimè heredibus illius reddidit. Si fas animi non tam conferre, quām haec per illa explicare, en Christus moriturus de cruce Joannem amplectitur & osculatur, tradens insuper daechylo thecam, hoc est, Matrem suam virtutibus omnigenis ornatam, gratia plenaria. Joannes optimus æstimator gemmarum quas acceptocepisset, Matrem sibi commendatam accepit quidem minime sub. ai p[ro]r[em] in sua, nihilominus hoc cimelium nobis minimè sub. teris Auct. ductum. Hæc mater etiam est nostra, quamvis Joanni statim singularissimè commendata. Ecce mater tua. Illi enim præleguntur ceteris